



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1619

Cap. VI. Regnum Congi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11108

Andrea Ouiedo, AEthiopiæ Patriarchis, ex eadem Societate, rebusque ab ijs gestis confule Nicolaum Godignum supra à me commemoratum, & Nic. Orlandinum in Historia Soc. Iesu.

Cæterum præter subditos Preteianis, plurimi vicinorum regnorum populi, Mahumetanis, Ethnicisq; mixti, Abalsinorum hodieque religionem ac ritus profitentur.

CAPVT VI.

REGNUM CONGI.

Congi regnum, Hesperiorum AEthiopum (Manicongum quidam nuncupant) ad extimam Africæ oram situm est, ab ipso propè AEquatore exoriens in meridiem porrectum, & latè in Mediterranea quoque introrsum recedens. Regni Gallia, à Ioanne Botero & alijs, magnitudine par censetur.

1485. Congianum porrò regnum sub annum Christi 1485. à Lusitanis est detectum: ac subinde missa à Ioanne II. Portugallia Regis per honorificam legationem, cum tribus ordinis S. Dominici Patribus, ad Christi sacram traductum. Rex ipse Congiensis, Baptismi lauacro tinctus, de Regis Lusitani nomine I. Ioannes, & filius, item ab Lusitani Regis filio

Alfon,

Alfonfus est nuncupatus. Is cū patri successisset, annis quinquaginta & regnum & Religionem Christianam aduersus hostes ingenti animo defendit. Filium item suū *Henricum*, cū alijs aliquot proceribus Romā misit, ad debitam Sedi Apostolicæ obedientiam præstandam. II.

Alfonso successit filius *Petrus*, cuius ævo in S. Thomæ insula (quæ sub ipso AEquatore iacet, & ex qua in Congi regnū facilis est traiectus) collocatus est Episcopus, qui & Congianis simul præesset. Itaq; in opido S. Saluatoris paulò post institutum est Collegium XXVIII. Canonorum in S. Crucis basilica. III.

Petro in regno successit *Franciscus*, & huic *Didacus*. Quo quidem regnante ac petente, Ioannes III. Lusitanix Rex, aliquot Soc. Iesu Patres, ad gentem istam in Christi doctrina retinendam, pleniusque informandam anno 1548. transmisit. IV.
V.

Didacus successorem habuit fratrem suum *Henricum*, Henricus autem *Aluarum*. Huic duo alij ex ordine *Aluari* in regni administratione sunt suffecti. VI.
VII.
VIII.
IX.

Habent autem Soc. Iesu Patres domum in insula *Loanda*: qui non solum Congi, sed & Angolæ regni incolis, Christianæ militiæ adscriptis & adscribendis, sedulam dant operam.